Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



diuini sacramenti nos munus oblatum et inter
cedente gloriosa virgine dei genitrice maria cum beatis ap
postolis tuis petro paulo et sancto iacobo et omnibus
sanctis a cunctis nos reddas peruersitatibus expedi
tos et aduersitatibus expiatos. Per dominum. Pri
Oppus sempiterne deus qui uius et mortuus or
uiuorum dominaris simul et mortuorum omnique
misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenos
cis. te suppliciter exoramus ut pro quibus effundere
decreuimus preces quosque uel presens seculum aduc in carne
retinet uel futurum iam exutos corpore suscepit pi
etatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam
et gaudia consequantur eterna. Per Secre Deus cui so
li cognitus est numerus electorum in superna felicita
te locandus respice propicius ad munera que sa
cramus et tribue ut uniuersorum quos in oratione
commendatos suscepimus et omnium fidelium uiuorum et
mortuorum nomina beate predestinationis liber ascrip
ta retineat. Per Compl Purificent nos quesumus
domine sacramenta que sumpsimus et presta ut hoc tuum
sacramentum non sit nobis reatus ad penam Sed
intercessio salutaris aduenia sit ablutio scelerum
sit fortitudo fragilium sit contra mundi pericula fir